



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 12. Bellum Polonos inter & Suecos continuatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. A. C. 1657. ficis ex Fratere Nepos, qui Presbyter Cardinalis titulum S. Mariæ de Populo obtinuit. II. Camillus Meltius, qui jam sexaginta septem annos natus, ex Capuano Archiepiscopo Presbyter Cardinalis tit. S. Marcelli creatus est. III. Julius Rospigliosus Archiepiscopus Tharsensis Cardinalis Presbyter tit. S. Sixti. IV. Nicolaus Comes Guidius de Bloneis Athenarum Archiepiscopus Presbyter Cardinalis tit. S. Eusebii. V. Hieronymus Bonvifius ex cubiculi Potificii Magistro Cardinalis Presbyter tit. S. Hieronymi Illyricorum. VI. Franciscus Palatius Presbyter Cardinalis tit. S. Joannis ante Portam Latinam.

§. XII.

Bellum Polonos inter & Suecos continuatum.

Priorat. hist. Leopold. t. I. l. I. Tuld. Hist. Europ. t. 3. Gravissimi, quod Carolus Guib. Rex ad vexandos Catholicos semper intentus accendit, belli incendium in Polonia extitum iri sperabatur, novas tamen flamas hoc anno addidit Georgius Bogotius Transilvanix Princeps: Hic enim se oppressam Evangelii ac conscientix libertatem restauraturum, sequens ad Polonix sceptrum per Legatos convocatum jactitans, die octava Januarii

cum triginta armatorum millibus Polo-
 nam invasit. Incassum Ferdinandus
 Cæsar & Mahometes Turcarum Impe-
 rator eum ab infestanda Polonia dehor-
 tabantur: prævalebant tamen amplif-
 simæ Sueci Regis pollicitationes, Ca-
 tholicos opprimendi aviditas, & aucu-
 pandi regni libido. Ut ergo Casimirus
 Rex, qui tum Dantisci agebat, novum
 hunc hostem potentius repellere vale-
 ret, a Ferdinando Cæsare subsidiarias
 expetebat copias: interim vero Cæsar-
 necius relicto Cracoviam obsidendi con-
 silio vires suas contrahens, variis in-
 cursionibus prospero Marte in hostem
 pugnabat. Sub idem tempus Daniæ
 Rex Sueco bellum denuntiabat, & Ma-
 hometes Giereus Scytharum Rex cum
 centum armatorum millibus die prima
 Martii ad Borysthenem flumen progres-
 sus, Polono Regi in auxilium prope-
 rabat: Leopoldus quoque Hungariæ
 Rex post Ferdinandi Patris sui obitum
 sex equitum, ac decem peditum millia
 submittere decreverat: Tum vero non-
 nihil respirare videbantur Poloni, qui
 Cæsareis copiis aucti, die vigesima
 quarta Augusti Cracoviam deditione
 recuperarunt, & Ragotsium adorti,
 eum cæsis Transylvanorum quinque
 millibus, ceterisque captis, die unde-
 cima Augusti pacem exorare comple-
 runt,

Sæc. XVII.
 A. C. 1657.

Sæc. XVII. runt, ea lege, ut a Poloniae & Hungariae Regibus veniam peteret, foederum cum Suecis nuntium mitteret, urbes occupatas restitueret, necnon Poloniae decies centena, & Scytharum Regni centum quinquaginta aureorum millia numeraret, ac denique sacram supplicabilem, Ecclesiarum bona & ornata a suis ablatis redderet. Accepta hac clade ac firmata pace Ragotius non sine maxima nominis sui infamia, Transylvaniam repetere coactus, a Turcarum Imperatore in temeritatis suae penam Principatu suo exutus est, eius administratione in Franciscum Redeyam translata: ipse vero a Turcis novo bello laceffitus commisso prælio præter vitam & fortunam etiam vitam amisit, ne tamen inultus moreretur sua potius virtute, quam suorum numero validum Turcarum exercitum delevit, postquam vero Turcae Transylvaniam cum quinquaginta armatorum millibus rursus invaserant, ipse ad montes profugere compulsus a Venetis auxilium petiit, non tamen obtinuit, quocirca a suis, vix non admota vi pacem postulare coactus est: incassum quoque die prima Julii datis ad Vezirum literis de adempto & vastato Principatu suo querebatur, nunquam quietus, et a cunctis derelictus. Interim veniens

Suecus Danos non sine magna clade Sæc. XVII.
 in fugam egit, eisque Friderixodam, A. C. 1657.
 pluresque alias urbes armata vi eripuit:
 nihilominus tamen Brandeburgicus
 Marchio, qui fœderi cum Suecis nun-
 tium miserat, Carolum Gustavum Re-
 gem iteratis literis ad pacem cum Po-
 lonis ineundam hortabatur: nihil ta-
 men a Rege crebris victoriis tumido
 impetrare poterat: nec magis prospero
 successu ad conciliandam pacem Da-
 num inter & Suecum suam operam im-
 pendebant Franciæ Rex, Batavi &
 Cronwellus Angliæ Protector.

§. XIII.

*Quædam Alexandri VII. Pontificis
Constitutiones.*

Hoc item anno Alexander VII. Pon-
 tifex Maximus varias promulga-
 bat Constitutiones, ut irrepentibus cor-
 ruptelis obviaret; cum enim illi, qui
 Camaldulensium Monasteria in com-
 mendam acceperant, in Superiorum
 electiones sese immiscere ac Mona-
 chorum monasteria visitare præsume-
 rent, Pontifex ad Odoardi Bernardi
 præfati Ordinis Procuratoris generalis
 preces, die vigesima Martii arrogatam
 hanc facultatem Commendatariis ade-
 mit: Præcepit insuper idem Pontifex
 die

*Bull. magn.
t. 6. Constit.
30. Et seqq.*